

- 2 servatione, * & quoad pecunias in causam feudi erogatas, ad quas successor in feudo dubio procul tenetur ex cumulatis per nos allegat. 94, n. 2, lib. 2, Schrader de feud. part. 7, cap. 7, sub n. 42, versic. secundo hoc Fallit. Castill. decis. 24, num. 19. Idem dicitur in successore in beneficio
- 13 * qui tenetur ad debita per prædecessorem contracta in causam Beneficii. Rot. decis. 778 sub n. 2, versic. Nisi exacta, part. 2, recent. Buratt. decis. 482, n. 8, & decis. 588, n. 2; Altograd. consil. 28, n. 79, lib. 1, Tondut. de pens. cap. 20, n. 34, ubi quod pensio non debeatur per successorem si antecessor fuerit coactus solvere reparationes Ecclesie exhaurientes omnes fructus. Gratian. discept. 94, n. 30, & discept. 294, n. 12. Lottier. de re benefic. lib. 1, q. 39, n. 109, ubi quod successor in beneficio pensione gravato, non possit cogi ad solvendum nisi prius præmissa excussione honorum decessoris latissimè Lanfranc. Zacch. de salar. quest. 6, n. 5, & per totam, & q. 7, per totam, ubi quod etiam Camera ex spolio teneatur solvere debita Prælati prædefuncti, & quest. 52, à n. 18, ad 22, & quest. 90, n. 8. Tandem eadem conclusio militat quoad majoratus, fideicommissa * & primogenituras, in quibus successor tenetur ad expensas seu debita earum causâ contracta per prædecessorem pro defensione, ac servatione rerum fideicommissi. Seraph. decis. 925, n. 3, & seq. Ludovif. decis. 197, n. 4, & 5, ubi Beltram. n. 7, ubi concludit procedere etiam gravatus in causa litigando succubuerit. Duran. decis. 53, n. 6, 7, & 8, Fufar de substit. q. 670, n. 6, & 8, Buratt. decis. 401, n. 5, ubi Ferentill. n. 17, & post alios ita concludit Auctor hic n. 9, dixi alleg. 90, n. 5, lib. 3, Funeris impensam pro beneficiato majori natu, & hærede gravato successores in beneficio, majoratu & fideicommissio erogant, eas tamen ab hæredibus defuncti repetunt, ut prosequitur Gratian. discept. Forens. 94, ex n. 23, cum supposito tamen, quod in hæreditate prædecessoris defuncti adfuerint libera, quibus deficientibus onus funerandi ad successorem spectat absque ulla repetitione. Gratian. d. discept. 94, n. 25, & 29, dixi alleg. 16, n. 12, lib. 2.

CAPUT LXIX.

SUMMARIUM.

- 1 Jura, & actiones regulariter cedi possunt. Amplia ut n. 2. Limita ut n. 3.
- 4 Cessio si fiat duobus prior præfertur. Fideicommissi universalis non purificati non valet numer. 11, Fallit fideicommissio jam purificata num. 12.
- 5 Alimenta cedi nequeunt.
- 6 Commoditas alimentorum an cedi possit.
- 7 Confiscatio non habet locum in alimentis.
- 8 Patronus juris patronatus ex fructibus beneficii alimenta consequitur. Fallit ut n. 9. Jura sua cedere non potest, n. 10.

1 **A**CTIONES, & jura regulariter cedi * possunt, ut præter hic adductos per Auctorem n. 1, comprobant alii apud Oleam de cess. jur. tit. 3, q. 1, num. 1. Thomat. decis. Macerat. 46, sub num. 13, & 14, Merlin. decis. 667, numero 1, Rot. decis. 189, n. 3, p. 6, recent. Joan. Baptista Antonell. consil. 34, n. 11, Quod procedit non solum quoad jura, * & actiones in personas, sed etiam quoad jura & actiones in rem. Larrea alleg. ff.

cal. 120, n. 9, & post ipsum, & alios Olea de cess. jur. tit. 3, q. 1, n. 2, & q. 2, n. 39, Merlin. de pignor. & hypoth. lib. 4, q. 60, n. 1, Gratian. discept. 978, n. 3, & 4, ubi de jure redimendi, quod cedi possit, Rot. decis. 502, n. 2, & per tot. & decis. 547, n. 1 p. 2, recent. Joan. Baptista Antonell. d. consil. 34, n. 19, Joan. Franc. Andr. contr. 241, n. 18, ubi quod etiam legata, & fideicommissa particularia cedi possint. Si tamen Jus retrahendi ex jure sanguinis * aut domini utilis dumtaxat competeret, tunc minime cedi possit, ut post alios latissimè prosequitur Larr. d. allegat. fiscal. 130, à n. 11, & per totam. Thomat. decis. Macerat. 46, ex n. 27. Joan. Baptista Antonell. d. consil. 34, n. 8, 20, ac per totam, ubi quod jus competens ex statuto ad luendum non sit cessibile. Olea de cess. jur. tit. 3, quest. 2, n. 18, & seq. penes quos in effectu concluditur quod retractus conventionalis, seu pactum de retrovendendo cedi possit, secus autem quando retractus jure sanguinis statuto, domini directi ratione, aut prælationis debetur, istis enim in casibus cessionem nullatenus admittit Carleval. de judic. lib. 1, tit. 3, disp. 20, n. 3. Quemadmodum dicitur de aliis Juribus, & actionibus personæ inhærentibus annexis & inabdicabilibus Olea de cess. jur. tit. 3, q. 1, n. 3, Giurb. decis. 51, n. 4, & seq. Joan. Baptista Antonell. d. consil. 34, n. 9. Duobus si fiat cessio * prior præfertur, ut post alios latissimè prosequitur Giurb. decis. 140, per totam.

Et inter jura personalia quæ cedi nequeunt alimenta uti personalissima connumerantur, cum cessione * non submittantur favore eorundem alimentorum, & ob publicam utilitatem, ne scilicet exinde cogatur mendicare alimentarius ad tradita per Auctorem hic à n. 2, ad 7, & per Cyriac. contr. 378, n. 61. Pacific. de Salvia. inspect. 3, c. 2, n. 324, Frat. discept. 8, n. 41, Sord. consil. 269, n. 12, Rot. decis. 251, sub n. 3, versic. Quamvis Jus formale alimentorum p. 1, recent. Donad. de renunciat. c. 4, n. 72. Olea de cess. Jur. tit. 3, quest. 8, n. 29, latè Carleval. de judic. lib. 1, tit. 3, disp. 20, sub n. 1, versic. & Jus alimentorum, Mart. Ventur. consil. 18, n. 54, & 55, ubi rationes assignat Giovagn. consil. 50, n. 9, 23, & 61, lib. 1, Salgad. in Labyrinth. cred. p. 1, cap. 26, n. 14, & 17.

Circa commoditatem alimentorum nec illam cedi posse * innuere videtur hic Auctor n. 6, per commoditatem verò alimentorum intelligitur res illa quæ datur pro alimentis, quam cedi posse sustinet Rot. d. decis. 251, sub n. 3, versic. commoditas tamen p. 1, recent. Fab. de Mont. de empr. & vendit. p. 4, princ. n. 53, versic. Sed tantum fol. 111. Salgad. in Labyrinth. cred. part. 1, c. 26, ex n. 42, Laurent. Ursell. conclus. 89, num. 11, Merlin. de pignor. & hypothec. lib. 2, tit. 1, quest. 24, n. 5, & faciunt tradita per Carleval. de judic. lib. 1, tit. 3, quest. 20, num. 8. Sed opinionem Auctoris prævalere existimo, ex rationibus deductis per Mart. Ventur. consilio 18, numero 75, & 76.

Confiscatio quoque cessat quoad Jus alimentorum, quæ respectu futurorum * in fideum transire nequeunt. Auctor post alios hic n. 7, Peregr. de Jure Fisci lib. 5, tit. 1, n. 123, Caball. resol. 222, num. 15, & seq. Rot. decis. 107, n. 5, in fine p. 1, recent. & decis. 91, n. 2, in crim. Farinac. Cyriac. d. contr. 378, n. 62, Bottiglier. de success. ab intestat. cap. 3, Theorem. 110, n. 28. Bec. consil. 8, n. 14, Spad. consil. 236, n. 7, lib. 2, Hodiern. ad Sord. decis. 223, num. 13. Donad. de renunciat. cap. 4, in fine, Hodiern. consil. 95, num. 73, & sequent. lib. 1, Cavalc. de Brach. Reg. part. 2, num. 292, &

Observationum de Alimentis. Caput LXX.

- & seq. & pluribus exornat Niger. de re judicat. cap. 12, q. 11, n. 1, & per totum. Carleval. de Judic. lib. 1, tit. 3, q. 20, n. 1, & n. 6, alios cumulat Giurb. observ. 19, sub n. 15, versic. In confiscationem. Salgad. in Labyr. credit. p. 1, cap. 26, n. 11, & n. 41. Sanchez in præcept. decalog. lib. 2, c. 16, à n. 25, & cap. 17, ex n. 25, Arias de Mes. var. resol. lib. 2, c. 6, n. 7, & seq.
- 8 Patrono Juris patronatus laborante inopia ex fructibus beneficii * eidem alimenta præstari debent, cap. quicumque fidelium 30, 16, q. 17. Lottier. de re benefic. lib. 2, q. 5, n. 1, cum pluribus adductis cum Barbof. de univers. jur. Eccles. lib. 3, c. 12, n. 216, & seq. Pen. decis. 424, n. 1, & per totam, & decis. 524, n. 4, seq. & per totam, & decis. 551, n. 5, & decis. 665, n. 5, & latè prosequitur Vivian. in prax. juris patr. lib. 1, cap. 2, n. 20, Rot. decis. 454, n. 1, & seq. part. 2, recent. Sperell. decis. 21, n. 71, & 72, ubi quod Ecclesia alere non tenetur Universitatem patronam, licet pauperem, sed ejus administratores dumtaxat. Quod sanè Jus cum cæteris sibi competentibus, quâ patronus Ecclesie, 10 * vel beneficii ejus personæ usque aded adhærent, ut ab eo abdicari, cedi, aut in alium transferri possint, prout concludit Auctor hic num. 8, Carleval. de Judic. lib. 1, tit. 3, disp. 20, n. 1, in fine, Olea de cess. jur. tit. 3, q. 8, n. 28.
- Jus fideicommissi universalis, non purificata adhuc conditione, * cedi nequit. Pacific. de Salvia. inspect. 3, c. 2, n. 930, latè Tondut. resol. civil. 139, n. 14, & 15, Olea de cess. jur. tit. 3, q. 8, n. 10, Censal. ad Peregr. de fideicommissi. art. 30, versic. addo ad n. 27, fol. 107. Ex qua conclusione necessariò inferitur, quod secuta fideicommissi purificatio, * hæres gravatus proximè successuro fideicommissum validè renunciare, ac per cessionem se de medio tollere possit. Censal. ad Peregr. de fideicommissi. d. art. 30, §. aique hinc versic. quomodo post agnitionem fol. 198, & bene colligitur ex mox citatis Doctoribus, & post alios animadvertit Rot. in Bononien. fideicommissi 28, Junii 1651, §. ipse vero, & 17, Junii 1652, §. prout pariter Celso.

CAPUT LXX.

SUMMARIUM.

- 1 Transactio super alimentis non valet. Declara ut n. 2. Fallit ut num. 3, & n. 4. Facta per cedentem cum debitore cesso, quando eum liberet n. 9.
- 5 Compromissum an sustineatur super alimentis. Vallatum juramento sustinetur num. 6. An super salario valeat n. 7. Et an super pensione numero 8.

1 **I**NCONSULTO prætorè, & sine illius decreto super causa alimentorum transigere * non licet, ut comprobatur Auctor hic num. 1, Niger. de re judic. cap. 13, n. 15, Lanfranch. Zacch. de salar. quest. 37, n. 1, Joan. Carol. Antonell. de tempor. legal. lib. 2, cap. 58, n. 16, Merlin. Pignat. contr. 10, sub n. 17, versic. in super est cent. 2, Olea de cess. jur. tit. 3, quest. 8, n. 29, in fine. Joan. Carol. Antonell. de tempor. legal. lib. 2, cap. 58, sub n. 16, versic. Vel cederet in utilitatem. Salgad. in Labyr. credit. p. 1, cap. 26, n. 46. Et hæc est tertia limitatio ad regulam excludentem transactionem super alimentis de præsentibus aut in futurum exigendis, ac respectivè præstandis.

controv. 5, n. 65, & contr. 202, num. 10, Bim. consil. 152, n. 27. Olea de cess. jur. tit. 3, quest. 8, num. 29, Rot. decis. 92, n. 14, part. 5, recent. Merlin. de pignor. & hypoth. lib. 2, tit. 1, quest. 24, n. 8, & 9, ubi quod transactio improbetur super alimentis futuris inter alendum, & alere debentem, secus autem inter alios, n. 11, Martius Ventur. consil. 18, num. 61, Salgad. in Labyrinth. credit. cap. 26, n. 16, part. 1, Donad. de renunciat. c. 4, à num. 55, ad 64, Tondut. de penson. cap. 56, n. 9, & 10, Hodiern. ad l. hac edictali quest. 50, n. 42, & 43.

Pures tamen dicta conclusio recipit declarationes, seu limitationes, inter quas primum locum obtinet quod transactio super alimentis * ex actu inter vivos debitis transactio sine Judicis decreto sustineatur ex traditis per Auctorem hic n. 6, ita distinguentem inter alimenta, quæ in testamento, vel codicillis, aut in ultima voluntate relicta sunt, in quibus ut valeat transactio decretum Judicis requiritur, & prævia causæ cognitio succedat, in debitis verò ex contractu inter vivos nec causæ cognitio, nec decretum Judicis pro sustinenda transactio super alimentis requiritur, quam distinctionem sequuntur Ciarlin. dicta contr. 202, n. 35, & 36. Joan. Carol. Antonell. de tempor. legal. lib. 2, cap. 58, n. 17, & 18, Merlin. de pignor. & hypoth. lib. 2, tit. 1, quest. 24, n. 12, Olea de cess. jur. tit. 3, quest. 8, sub num. 29, versic. secus si ex contractu. Prosequitur abinde & plurimum se diffundit Auctor hic n. 11, in investiganda ratione discriminis, cur super alimentis ex ultima voluntate debitis transigi non possit, super alimentis verò inter vivos quomodolibet conventis transactio juribus subsistat, & tandem concludit rationem esse, quia voluntatem testatoris infringi grave, & durum est, idèdque ab ea non nisi ex rationabili causa per Judicem maturè discussa recedendum videtur. Merlin. d. q. 24, n. 12, & 13, Donad. de renunciat. d. c. 4, n. 70, & 74. Tondut. de penson. c. 57, n. 15.

Altera ad regulam limitatio accedit juxta quam post alios determinat Auctor hic n. 12, quod super alimentis præteritis * transactio licita sit, minime verò super præsentibus, ac futuris permittatur. Joan. Carol. Antonell. de temp. legal. lib. 2, c. 58, n. 16, Nig. de re judic. c. 13, n. 15, Salgad. in Labyrinth. credit. p. 1, c. 26, sub n. 43, versic. Limitat. dupliciter, Donad. de renunciat. c. 4, n. 71, Tondut. de penson. d. c. 57, n. 15.

Qualitercumque alimenta debeantur sive in futurum, sive ex ultima voluntate super eis valet transactio * semper quod in utilitatem alimentarii cedat ex discursu Auctoris hic num. 14, & 15, Capyc. Latr. decis. 19, n. 7, Merlin. Pignat. contr. 10, sub n. 17, versic. in super est cent. 2, Olea de cess. jur. tit. 3, quest. 8, n. 29, in fine. Joan. Carol. Antonell. de tempor. legal. lib. 2, cap. 58, sub n. 16, versic. Vel cederet in utilitatem. Salgad. in Labyr. credit. p. 1, cap. 26, n. 46. Et hæc est tertia limitatio ad regulam excludentem transactionem super alimentis de præsentibus aut in futurum exigendis, ac respectivè præstandis.

Compromissum super alimentis etiam in futurum suscipiendis * fieri posse concludit Magon. 5 decis. Lucen. 73, per totam Marc. Ant. Blanc de compromiss. q. 4, n. 19, in quo sanè articulo, anceps remanet Auctor hic n. 17, & Leoncill. de privileg. pauper. 350, n. 1, part. 2. Verumtamen quod super futuris alimentis sine Judicis decreto compromissum fieri possit, reprobatu seu declarato Magon. non liceat, ex professo in causa propria sustinet, L 2

nuit, & obtinuit Caren. *resol. 49. n. 10. & 11.* & faciunt tradita per Fenzon. *ad stat. Urb. c. 100. n. 6.* Ciarlin. *controv. 170. n. 16.* ubi quod in executivis, ac liquidis compromissum non admittatur, pro alimentis autem executivè procedi copiosè dixi in *annot. ad c. 3. n. 1.* Compromissum tamen juramento vallatum * super futuris alimentis sustinetur. Ciarlin. *controv. 202. nu. 30.* sed neque istud pro nunc firmo, ex quo contrarium sentire videtur Rot. *decis. 31. n. 2. vers. ubi loquitur part. 1. recent.*

Pro salario an idem Jus statuendum sit, quod in alimentis excitat dubium, * sed non resolvit Auctor hic n. 8, hujusmodi autem quæstio resolvitur non valere, scilicet transactionem super salario in ultima voluntate relicto absque interventu Prætoris, quotiescunque relicto fuerit pauperi, secus verò si diviti juxta distinctionem Gloss. approbatam per Bart. in *l. cum iis 8. §. si in singulos ff. de transfact. quam articulo mature discusso amplectitur Lanfranc. Zacch. de salar. q. 37. in fine ac per totam.* Eadem quoque distinctio militat quod pensionem, nam si motu proprio Pontificis reservatur * quasi ex ultimæ voluntatis æquiperatione transactionis quoad futuras non subjaceat. Ciarlin. *d. contr. 202. n. 38.* At quando reservatio pensionis processit ex conventionione partium præambula concessionis Apostolicæ, tunc super ipsa absque superioris auctoritate transigi, ac compromitti potest. Ciarlin. *d. contr. 202. num. 36.* latè Tondut. *de pens. c. 57. n. 22. & per totum.*

Post cessionem inita transactio per cedentem cum debitore ipsius debitoris liberationem parit, & cessionario contra cedentem regressus competit, * quando contra debitorem cessum notificatio cessionis non intercessit. Salgad. in *Labyr. cred. p. 1. c. 43. per totum,* & post alios latissimè prosequitur Olea *de cess. jur. tit. 8. q. 2. ex n. 24.* Rota in *Vercellen. seu Savinen. bonorum 1. Junii 1654. coram Melio in fine.*

CAPUT LXX. §. 1.

SUMMARIUM.

- 1 Calculus omnes parcelas continere debet.
- 2 Appellatio a quolibet gravamine interponitur. A denegata dilatione conceditur n. 5. In dubio admittenda n. 6.
- 3 Terminus adhuc statui debet, si quid emergat lapsa termino à statuto præfixo.
- 4 Minor restituitur adversus lapsum termini.
- 7 Tutor bonam fidem agnoscere debet erga creditores pupilli. Temere litigans solvit de suo expensas n. 8. Tenetur ad damna pupilli si capitalia distraxit, dum sufficiebant redditus num. 15. Fallit ut n. 16. Et de ratione num. 17. Non tenetur ad id quod interest dum obtulit rationes n. 18.
- 9 Solutum indebitè à tutore per eum à pupillo non repetitur.
- 10 Expensæ modicæ per tutorem factæ admittuntur absque alia justificatione.
- 11 Mors tutoris vim juramenti obtinet.
- 12 Fructus agrorum quolibet anno non sunt uniformes.
- 13 Statutum aliquid præsupponens, & super eo disponens non verificato supposito non intrat.
- 14 Juramentum in litem infanti non deferitur.
- 19 Rationes tutelæ etiam sine libro redduntur.

RHEDAM ante equos incedere inutiliter fatigat, qui non præmissa quarumcumque parcelarum diligenti rimatione normam calculandi subsistere præterdit. Quoniam cum norma in calculum ordinata in eum quoque influat. Ideo omnes parcelas * sicuti, & calculus continere debet. Bart. in *l. 2. versic. aut quis revocat C. de jure ff. lib. 10. Paris. 89. n. 27. & 35. lib. 1. Gratian. discept. Forens. 823. n. 31. Menoch. consil. 23. n. 21. Thomaf. de tut. & curat. tit. 34. n. 144. fol. 1071. Altograd. consil. 21. n. 7. lib. 1. Rot. decis. 515. n. 16. p. 1. recent. & coram Merlin. decis. 196. n. 2. & decis. 603. n. 4. & seq. & coram Buratt. decis. 14. n. 28. & decis. 165. n. 7. Exinde ergo cum ex norma hujusmodi defectuosa in quibusdam parcelis una cum fratribus meis gravatus injustè remanserim, consequens ideo fit, ut ab isto gravamine justè simul cum fratribus appellationem interposuerim *l. 1. in princ. ff. de appell. & relat. Scac. de appellat. q. 3. n. 1. & q. 5. sub n. 94.* Termini namque probatorii super isto emergenti non obstante lapsu statutarii * omnino nobis assignari debebat. Afm. in *prax. §. 23. c. 6. limit. 3. sub n. 2. Natt. consil. 251. n. 2. Scac. de Judic. lib. 2. c. 3. q. 3. n. 57. & q. 4. n. 67. Cyriac. contr. 349. n. 28. Fontanell. decis. 21. n. 2. & per tot. Pignat. ad stat. Ferrar. rubr. 16. n. 118.**

Istud autem in eventum duplici ex capite inoffenso transit pede, altero, quia ob minorem ætatem mei adversus lapsum termini restitutio in integrum competit. Fontanell. *decis. 101. Odd. de restit. in integr. p. 1. q. 36. art. 4.* Altero, quia statutum non figit pedes in unica tantum dilatione, sed plures per Judicem statui posse arguit, ut videre est in *alleg. rubr. stat. Cremonæ cap. 258. versic. & quocumque alio termino statuto. & statuendo.* Undè versamur in claris, quod etiam jus municipale replicatas dilaciones permittit, quarum denegatio * legitimam appellationem efficit. Ruginell. *de appell. §. 2. c. 1. n. 125. & c. 3. n. 268.*

Hinc igitur cum de Jure etiam statutario causa novi emergentis novæ indè dilaciones regulariter concedantur, nec pars adversa inficiari audeat, quin plures adhuc parcelæ ad exonum mei, & fratrum probari potuissent. Jure ergo terminus, quem seclusa appellatione exhibent DD. Jugales de Maynoldis, denegatus indebitè ansam appellandi præbuit, quam quidem appellationem * ubi etiam subesset dubium omnino sustinendam profitentur Castren. in *l. 1. ff. si quis caut. Leoncill. decis. Ferrar. 94. n. 5. Mart. consil. 189. n. 17. Surd. decis. 27. n. 4. & decis. 36. n. 4. Franch. decis. 351. n. 3. Ludovis. 251. n. 9. Crivell. decis. 2. n. 5. Consequens inde fit, quod tam ex natura causæ quam etiam ex admissione partis legitimæ appellatio intercesserit, & judicatum per Judicem à quo retractari omnino debeat.*

Solutionis verò factæ per tutorem accepto ferendæ veniunt, dum pupilli in substantia debitores existebant, etiam si credita, ut ex adverso ineptè afferitur, liquida & clara non essent; præsupposita namque debiti pupillorum realitate, tutor maxime insigni nobilitate præditus, & arctissimo agnationis nexu pupillis conjunctus, & parcere inutilibus expensis * in diffugiola liquidatione, & agnoscendo bonam fidem solvere potuit, ac debuit per textum ad litteram in *l. quoties 10. §. sicut. ff. de administr. tut. & l. non est 6. C. eod. Buratt. decis. 49. num. 19. & decis. 154. n. 3. latè Rot. Avenion. decis. 111. n. 8. Thomaf. de tutor. & curat. tit. 19. num. 4351. fol. 935. ne temerè litigando * periculo condemnationis expensarum de proprio se exponeret ex textu expresso*

Observationum de Alimentis Caput LXX. §. 1. 125

in *l. qui solid. 80. §. etiam res publica ff. de legat. 2. 2. Rot. Avenion. dicta decis. 111. sub n. 8. versic. sicut de tutore. Castill. decis. 52. n. 4. Thomas. de tut. & curat. tit. 19. sub n. 4351. versic. alioquin. si in expensis, Fontanell. decis. 98. n. 24. & 25. Ruin. consil. 119. n. 18. lib. 5. Richard. manuduct. ad prax. p. 2. n. 86. fol. 33. Olea de cess. jur. tit. 5. q. 11. num. 29.*

Nos autem ejus filii, ac præteriti hæredes vestigia patris sequendo in agnitione bonæ fidei, si quid per ipsum indebitè solutum * adversarii edocuerit, repetitionem ab eis nequiquam proqueamur, ut vetitum ex *l. tutor. 14. §. in solvendis, & l. si sine 33. §. Lucius ff. de administrat. tutor. Galganet. de tutel. lib. 2. tit. 36. n. 7. Thomaf. de tutor. & curat. tit. 37. n. 38. fol. 1102. Quæ tamen ex abundantia dicta sunt, dum prædicti DD. Jugales non nisi animo contradicendi hæc luce meridiana clariora controvertant.*

A libris triginta infra absque alia probatione admittendas expensas, dum apparet sancitum, sanctionem * quoque hujusmodi juridicam censeri, si suadent tradita per Benint. *decis. 43. n. 11. & 12. Mascard. de probat. conclus. 973. num. 61. Viv. decis. 40. num. 3. Cancer. var. resol. part. 1. cap. 7. num. 103. in moderna impressione. & in veteri num. 63. & 64. ubi quod mors tutoris * juramentum suppleat, Surd. decis. 103. num. 6. Buccafer. consil. 48. n. 4. Monach. decis. Bonon. 48. num. 3. & sequent. Cravet. de antiquit. temp. p. 1. sub num. 27. versic. restringendum videtur, & sub num. 48. ubi quod mors vim habeat juramenti latè Thomaf. de tutor. & curat. tit. 34. num. 22. cum adductis per Rotam apud Salgad. in *Labyr. credit. decis. 27. num. 3. attentè potissimum legalitate ipsius tutoris. Mascard. de probat. dicta conclus. 973. num. 67. Castill. decis. 22. num. 19. lib. 1. cum aliis apud nos allegat. 124. num. 41. lib. 3.**

Cæterum cum fratres mei, dum ego studiis operam navo, paratos se exhibeant temporum, seu annorum infausta calamitates, infortunia, & variationes illicè probare, quodque de aliquo tempore plus in censu circa culturam expenderetur, quam in reditu fructuum perciperetur, non sine notorio gravamine fructuum * liquidatio in arbitrium periti collata exitit ad notata per Hodiern. ad Surd. *decis. 282. num. 2. & 3. Natt. consil. 536. sub n. 5. versic. quia fructificatio agri non est uniformis.*

Statutum Cremonæ rubr. 373. de instrumentis locationum Domino exhibendis ad casum non applicatur, dum de instrumentorum confessione non liquet; siquidem statutum aliquid præsupponens, * & super eo disponens non confuso statuti præsupposito, illius dispositio non intrat *gloss. in l. mancipia 5. in verb. advocandum C. de serv. fugit. Surd. decis. 39. n. 1. Cyriac. contr. 180. n. 20. Nec D. Meliæ acrici circa quantitatem fructuum uti tunc infanti, & penitus ignaræ juramentum * deferri poterat, ut in puncto animadvertit Senatus Maniæ coram Surd. dicta decis. 282. sub num. 26. versic. acriori autem, & faciunt notata à me dicta allegat. 124. num. 48. lib. 3.*

Vel in externa illorum temporum calamitate tot fructus, seu redditus ex patrimonio pupillorum percipiebantur, quot pro sustinendis oneribus, tum publicis, tum privatis, pro cultura, & instructione fundorum, ac pro alendis duobus pupillis ex primaria nobilitate primogenitis sufficiebant, & tunc D. Meliæ de extinctione capitalium

Melius ad Castillum de Alimentis.

absque reinvestimento conqueritur, * & justè contra hæredes tutoris capitalia cum livellis præterderet, *l. si sine 33. §. Modestinus il 2. ff. de adm. tut. Bart. in l. 2. ff. de negot. gest. Honded. consil. 39. n. 4. & consil. 82. n. 20. lib. 2. Gratian. discept. Forens. 240. in fine. & discept. 579. n. 21. Leotard. de usur. q. 20. n. 11. Rot. apud Merlin. de pignor. & hypothec. decis. 45. n. 15.*

Vel vires annui redditus pro indigentis pupillorum non suppetebant, & tunc non minus jure merito, * quam necessario ad capitalia manum apponere tutor coactus exitit, *lib. 3. in princ. ff. de contrar. act. tutel. Montan. de tutel. cap. 40. n. 52. & 53. Surd. de aliment. tit. 9. quæst. 39. n. 7. & 8. Cyriac. contr. 503. n. 20. & 24. Galganet. de tutel. lib. 2. tit. 36. n. 18. Thomaf. de tutor. & curat. tit. 37. n. 23. fol. 1102. Staiban. jun. resol. 89. n. 24. Ratio subest optima, quia exinde pupillo nil deperit, * ex quo Judex postea in fine administrationis cognoscit, an impenfa, seu distractio capitalis ex utilitate pupilli processerit, ut subjungit textus in dicta *l. 3. in fine principii ff. de contrar. act. tut. Cyriac. dicta controvers. 503. n. 25. Frustra ergo DD. Jugales de Maynoldis prædicta opponunt de illis in redditione rationis, & computorum solidatione, prout juris ratio habebitur, nec nos fratres nisi quod est justum, jure merito præteridimus.**

Inhærendo præterea oblationibus per patrem nostrum replicatis, & per nos pluries repetitis, cum protestatione, quod per nos minusve patrem nostrum steterit, aut stet, quin rationes administrationis tutelæ incontinenti dispungantur, quatenus unquam in aliquo, quod non credimus, neque admittimus, debitores reperti fuerimus, cum tamen certò certius creditores evademus, adeo ut nec pro reliquatu * ad aliquod interesse obstringi possimus, ex cumulatis in hac causa per nos allegat. 124. n. 25. & 26. lib. 3. quibus addo Munoz. *de ratiocin. cap. 6. n. 39. & 94. & c. 15. n. 33. Crivell. decis. 150. n. 11. 12. & 13. Leotard. de usur. d. q. 20. n. 21. optima id suadetur ratione, quia tergiversationes, subterfugia, ac præventiones ventosæ partes adversæ hæredibus tutoris officere nequeunt.*

Cæterum cum actæ calamitates in agro Cremonensi durante tutela contingentes notoriæ præexistant, & bona pupillorum ad quatuor corpora vix ascendant, non video, cur etiam hodie, sine norma, libro, * ac tot solemnibus rationes adhuc dispungi valeant, quemadmodum post alios in hac causa subjungebam dicta *allegat. 124. n. 42. lib. 3. quibus accedunt Ludovis. decis. 274. num. 6. & in annot. numero 8. Mantie. decis. 256. num. 7. Cyriac. contr. 412. num. 21. & 22. ubi quod istud procedit, etiam ad effectum ne juramento in litem locus fiat, quod repetit & ampliat controvers. 544. ex num. 109. Camun. cul. decis. Bononien. 36. num. 5. Joan. Franc. Andreol. contr. 106. num. 8. Laurent. Ursell. conclus. 56. num. 9.*

Ex quibus per sapientissimum D. Judicem ad quem bene per nos appellatum, & malè per Judicem à quo judicatum, pronunciandum venit, ut tandem refecatis inutilibus causa in meritis juribus nostris diligenter rimatis terminetur, & ita judicatum.